

Omnibus presentes litteras jnspecturis Symundus Sunason salutem jn Domino sempiternam · Nouerint vniuersi me viro nobili Boecio Jonsson predia mea jn · Siokarla videlicet · ij · ættungh parochia Stythilstatha cum domibus jn ipsis existentibus nec non et cum omnibus et singulis ipsorum adiacenciis majoribus et minoribus jntra sepes et extra prope wel remote jn humido et sicco nullis dumtaxat penitus exceptis quocumque [*nomine*] cenceantur^a pro sexaginta marchis denariorum jntegraliter persoluisse · Sibi suisque heredibus cedant absque resolucione et contradicione qualibet mea aut heredum meorum jure pristino perpetuoque dominio libere et jreuocabiliter posidenda · Scripta jn huius testimonium euidens sub sigillis discretorum virorum Vlphonis Karlsson · Haraldi Laurensen et Nicholai de Stangh vna cum sigillo proprio · anno Domini M^o · ccc^o · l · sexto jn sabbato proximo ante dominicam passionis Domini jn villa Hanøghe

På baksidan: paa jordh j syokarla j stydelstada sokn

Sigill: n. 1—3 borta, remsorna kvar; n. 4 av mörkt vax, med skadad omskrift (med tre sparrar belagd balk i sköld): Nikolaus . . .

^a *D.v.s.* censeantur.

5584. 1356 april 11—15. (Reval.)

Anteckning att Daniel Berchow och Hinricus de Gruuten inför Revals stad påtagit sig ansvaret för gods, som tillhörde en dotter till Johannes de Brakele i Stockholm.

Uppteckning i Revals Erbebuch 1312—1360 på pergament, Stadtbücher Aa 1, Stadsarkivet i Reval (Tallinn).

Tryckt: Das älteste Wittschobuch der Stadt Reval (ed. L. Arbusow, 1888; Archiv für die Geschichte Liv- Est- und Curlands III: 1), s. 167 n. 960.

Här återgivet efter den normaliserade utgåvan 1888.

Om Johannes de Brakele se W. Koppe, Lübeck-Stockholmer Handelsgeschichte (1933), s. 98 f. »Holme» som beteckning för Stockholm blir vanligt först omkr. 1400.

Notandum quod Daniel Berchoven et Hinricus de Gryten promiserunt civitati pro secundaria monitione bonorum filie Johannis de Brakele in Holme se stare velle et respondere.

5585 a. (1356 före april 17). (Reval.)

Rådet i Reval underrättar rådet i Dorpat, att man fått dess brev med däri angiven avsikt att till rådet i Visby sända en avskrift därav rörande de 40 pund grossi, som av den (livländska) tredingen skulle betalas i Flandern. Vid det möte, som senast hållits i Fellin mellan ombud från Reval, Riga, Dorpat och Pernau m. fl. och Revals ombud rådmannen Johannes Dünevar rörande betalningen av dessa 40 pund grossi och andra utgifter, hade Revals ombud, enligt vad han berättat, icke givit sitt samtycke utan velat hänskjuta saken till rådet. Reval förmår egentligen ej betala så mycket, och med hänsyn till dess ringare förmögenhet i jämförelse med Dorpat och Riga, som även få hjälp av andra städer, bedjas adressaterna därför att om möjligt söka bestämma ett nytt belopp, som är drägligt för Reval.

Likalydande brev har sänts till rådet i Riga.

Avskrift på papper i cod. A. a. 6 d (Kopialbuch der Missivbriefe Revals 1353—71), fol. 4 r, Revals stadsarkiv. — Här återgivet efter mikrofilm F 20, Staatsarchiv Marburg.

Regest i Katalog des Revaler Stadtarchivs (Tallinna linna arhiivi kataloog), 2. Aufl. (ed. O. Greiffenhagen 1926), s. 217 (n. 231).

För dateringen jfr följande brev (SD 5585 b) och Akten und Recesse der livländischen Ständetage I: 1 (1907), s. 47.

Honorabilibus viris prudentibus et discretis amicis eorum dilectis dominis consulibus Tharbatensibus consules Reualie sincere dileccionis constanciam complacendi^a / cum effectu[.] *Honestati* vestre presentibus cupimus non latere nos vestras litteras per vos nobis missas[.] quarum tenorem ratione nostre terciarie super xl libras grossorum in Flandria persoluendas honorabilibus viris dominis consulibus Wysbusensibus dirigere proponitis[.] sane percepisse[.] de quibus eciam prius enarrauimus vobis litteratorie intimando de placitis per vestros nuncios et honorabilium virorum dominorum videlicet consulum Rigensium Wendensium Pironensium aliorumque et per autenticum nuncium Johannem Düneuar nostri consulatus socium vltimo in Velyn habitis[.] De d[ictis]^b xl libris grossorum in Flandria persoluendis et aliis vngeldis exponendis predictus noster nuncius[.] vt nobis retulit[.] tunc non consentiuit / sed nobis referre vellet^c nobis hoc placeret coequaliter vobis et dominis Rigensibus exponend[o]^d[.] q[uod]^e non sufficimus et eciam facere modo volumus aliquali[.] Cum ex eo quod debiliores de bonis sumus quam vos estis[.] vt bene probatur[.] vos potestis et alias in auxilium habetis ciuitates[.] quare rogamus vestram discrecionem quam interne^f quatenus prudenter attendere studeatis ordinantes quod nobis possibile et tollerabile in premissis esse videatur[.] ex quo semper facere libenti animo volumus[.] prout nostra possibilitas postulat et requirit[.] Si vero aliter attendere voluerit[.] extunc alio modo in predictis facere nullatenus volumus nisi secundum marcarum numerum exponendo[.] Eciam sub simili forma iam dudum scripsimus dominis consulibus Rigensibus supradictis[.] Dominus vos conseruet in sua gracia diu sanos[.] Amen[.] Scriptum nostro sub secreto

^a complacendis *ms.* ^b domino *ms.* ^c *Härefter troligen utfallet an ms.* ^d exponendi *ms.* ^e quam *ms.* ^f *Troligen fel för* intente.

5585 b. (1356 före april 17.) (Reval.)

Rådet i Reval underrättar rådet i Dorpat, att man mottagit dess brev ang. en ekonomisk angelägenhet, och framför sina synpunkter härpå. Reval har vidare sänt ett brev (SD 5585 a) om det senaste tredingsmötet i Fellin mellan ombud för Dorpat, Riga, Wenden, Pernau, Reval och andra städer före sistlidna jul till rådet i Dorpat och utber sig ett svar före palmsöndagen (17/4).

Avskrift på papper i cod. A. a. 6 d (Kopialbuch der Missivbriefe Revals 1353—71), fol. 2 v, Revals stadsarkiv. — Här återgivet efter mikrofilm F 20, Staatsarchiv Marburg.

Regest (onöjaktig) i Katalog des Revaler Stadtarchivs (Tallinna linna arhiivi kataloog), 2. Aufl. (ed. O. Greiffenhagen, 1926), s. 217 (n. 232).

Honorabilibus viris prudentibus et discretis amicis eorum dilectis dominis consulibus Tharbatensibus consules ciuitatis Reualie paratam ad queis eorum beneplacita voluntatem[.] *Honestatem* vestram presentibus scire desideramus nos vestram litteram de argento nobis missam per vos sane percepisse // Hinc est quod^a nobis videtur[.] si in vtilitatem et profectum communis mercatoris hoc reuocari posset[.] labores pro eo faciendo et nuncios mittendos / expedire[.] qu[o]d^b eciam esset mercatoribus conueniens vniuersis[.]